

facta dicantur ob causam onerosam, & ideo non posse reuocari, in terminis Pater Henricus libro de Pontificis clauis, capitul. 24. late per totum, Azucuedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilacion. à num. 42. & supra. In finitio alios Doctores Theologos in iis terminis loquentes laudauimus supra capitul. 2. à num. 196. vsque ad num. 199. Ideo nihil mirum, vt per Bullatum retentionem earum executionis suspensionem, necnon humilem supplicationem ad Sanctissimum tanto damno publico obuietur, & celeriter occurratur, vt nulla nouitate turbentur in notabile tot damnum & perniciem, scandalumve horum Regnorum, omnimodo precauendum.

Facit optimus textus in cap. loci 29. quast. 9. ibi: *Ecclesiastici quippe vltoris ordo confunditur, si aut temere illicita presumentur, aut non concessa impudenter tententur; proinde si negligenter ea, que male usurpantur, omittimus, excessus viam proculdubio alius aperimus, &c.* Quae quidem verba repetuntur in cap. peruenit 93. distinctione, in fin. Quare ne occasio aliis nequiter impetrantibus detur, sed via omnino omnibus claudatur, saltem importunitatibus, & suggestionibus diligenter occurrentum est, atque huiusmodi damnis Reipublicae per cosdem cautis.

Et insuper quoniam huiusmodi priuilegia tam expressa, & quam tacita ex tolerantia iusta Sedis Apostolicae, vt inquit, dist. l. 14. cum facta sint, & tolerata Regi, & Regno tamquam protectoibus Ecclesiae, & acerrimis defensoribus; intacta semper debent permanere, vt proficitur Gregorius Pontifex Bonifacio I. defensori Ecclesiae, relatus in cap. institution. 7. in hac: *Institutionis nostrae decreta, que pro defensorum sunt priuilegia, & ordinatione disposita, perpetua stabilitate, & sine aliqua constitutum reservatione seruari, siue qua rescripto decreuimus, siue qua in nostra presentia videntur esse disposita, nec à quoquam Pontificum in totum, vel in partes, ea qualibet occasione conuelli, decernimus, vel mutari, &c.* 25. q. 2. qui textus ad multa dignus est ponderatione.

CAPVT VII.

Prauidicium tertij an, & quando legitima causa dici poterit, vt Bullarum retentione licite permitatur.

SVMMARIVM.

- Prius obiectum est, quod iustum est, iuxta Aristotelem, num. 1.
- Violentum est, quod iniustum est, & contra legem, num. 2.
- Potestatis suprema praxetui à licito recedere non licet, num. 3.
- Destructio paratur ciuitati in qua legi magistratus presunt, non istis lex, num. 4.
- Principes, quibus Deus nomen suum communicauit, ea puritate niteri procurent, que tanto nomini conuenit, num. 5.
- Vbi non est cura iuris, pietas, & fides; instabile Regnum est, num. 6.

Sublata iniustitia, subleuat orbis terrarum vniuersus, num. 7.

In plenitudine potestatis Principibus data à Deo non veniunt illicita, num. 8.

Vera Principis potestas est, que in peccando posita non est ibid.

Potestas Principis absoluta aequo, & bono temperanda est, num. 9.

Deus non dedit Principi iniustitiam peccandi, nec auferendi alienum, num. 10.

Potestas Principis non cognoscitur, ubi subditis fit iniuria, num. 11.

Princeps quod ultra iniustitiam operatur, ex impotentia gerit, num. 12.

Id est posse, quod licet, & iuste fieri potest, num. 13.

Princeps non dicitur posse quod honeste non potest, num. 14.

Absoluta Principis potestas non cadit in Principe Christiano, cui nihil licet, quod diuino, naturali, aut Gentium iuri repugnet, num. 15.

Potestatis absolute mentio aliqua non habetur in toto iure, num. 16.

Pontifices, & alij Principes iuste statuere, rescripta omnia in prauidicium tertij emanata non exequendo, quia contra ius sunt, & Principis voluntatem, num. 17. & 18.

Contra ius naturale priuilegium concessum à Rege non valet, num. 19.

Priuilegium contra ius naturale dicitur, quo res alterius alicui conceditur, num. 20.

Ob publicam utilitatem res aliena auferitur data recompensa, vt pretio soluto, iuxta l. Partita, num. 21. & 23.

Littera contra ius naturale in prauidicium iuris tertij non adimpletur, num. 22.

Imperator Dominus est subditorum quoad protectionem ne vim patiantur, non tamen rerum particularium, quas auferre nequit, nisi ob causam publicam data recompensa, num. 23.

Imperatoris potestas & dominium, in gubernatione, & protectione subditorum consistit dumtaxat, non in rebus singularium, num. 24.

Rescripta, que à Rege impetrantur in prauidicium iuris tertij obedienda esse, non tamen exequenda, leges Regia exire commendant, num. 25.

Princeps nisi ex iusta causa à lege approbata ius tertij tollere nequit, num. 26.

Nec ex plenitudine potestatis, quia à bono, & aequo temperatur, aliter non cadit in Principe Christiano, num. 27.

Princeps quantumcumque supremus de bonis subditorum non potest disponere, nisi ex iusta causa, & data recompensa, num. 28. iuxta veriorum opinionem.

Summus Pontifex sine causa alicui auferre beneficium, & alteri dare non potest, num. 29.

Pontifex ex iusta causa auferre potest beneficium alicui, data tamen recompensa, num. 30. & 31.

Causa publica utilitatis legitima dicitur, vt Princeps tollat dominium proueniens à iure naturali, aut gentium, num. 32.

Danda tamen tunc erit recompensa, num. 33.

Propter pacem, & concordiam potest Rex ius vniuersi alteri dare, num. 34.

Ex causa publica utilitatis superueniente potest Rex reuocare, aut modificare donationem, priuilegium, aut contractum à se gestum, quando grauer ladan: Coronam, num. 35.

Id tamen faciendum per legem generalem, num. 36.

Rex vel eius successor, an possit reuocare donationem,

nam, aut priuilegium ob remunerationem seruitiorum, num. 37. remissiuè.

Rex ex causa publica utilitatis potest dominium tollere tam de iure Ciuili, quam de iure gentium quassum, intellige vt ibi, num. 38.

Nec Pape, nec Regi obtemperandum in illicitis, num. 39.

Littera impetrata contra ius tertij, tamquam contra ius naturale obtemperandum non sunt exequenda, sed suspendenda, num. 40.

Executor non suspendens executionem litterarum contra ius naturale, an debeat puniri, num. 41.

Et quid contra ius posituum, vel consuetudinarium, ibidem.

Contra rescriptum tollens ius tertij presumitur, cum sit contra voluntatem Principis, num. 42.

Papa tolerat suspendere executionem rescripti in graue tertij prauidicium obtemperando, num. 43.

Littera Apostolica retinetur in Senatu ob graue damnum iuris tertij ad effectum supplicandi Sanctissimum, num. 43.

Papa sicut quilibet alius peccat tollendo ius tertij, num. 45.

Rescripta contra ius tertij censentur impetrata ob nimiam importunitatem maxime Curialium, num. 46.

Prauidicium tertij iusta causa est retinendi litteras Apostolicas in Senatu, num. 47. & seqq.

Littera, quibus tollitur ius tertij radicatum iusto titulo ad beneficium cum deficiat potestas, sunt in Senatu retinenda, num. 50.

Littera Principis emanata super materia, in qua deficit potestas in principe non exequuntur, etiam accedente secunda, & tertia iustione, n. 51.

Litteras in prauidicium iuris tertij retineri in Senatu, nulli magis, quam ipsi Papa interest, num. 52.

Supplicare licet Clerico à litteris, quibus ius suum ad beneficium tollitur, vt melius informatus Papa illas reformet, num. 53.

Et peccaret Papa non admitendo hanc supplicationem, num. 54.

Ad Papam passivum cum Clero de prestanda certa summa nomine decime, si aliquem postea eximat à solutione, potest Clerus supplicare, num. 55. & num. 56.

Immunitas à solutione facta per Regem alicui particulari cedit in damnum Regis, non Regni concedentis certam summam, ibid.

À litteris in prauidicium tertij potest ad Papam supplicari, qui si non admitteret supplicationem peccaret, num. 57.

Supplicatione reuenter, & cum causorum expressione interposita suspenduntur littere Apostolice in prauidicium iuris tertij, num. 58.

Contra mandatum Regis, aut Principis non dicitur venisse, qui pro maiori utilitate, & honore Papae illud suspendit, num. 59.

Executio litterarum suspenditur, quoties timeatur maius damnum ex ea, quam ex dilatione, num. 60.

Ius tertij potest tolli per legem generalem que ceteros comprehendat, non particulari, n. 61.

Retentio litterarum in Senatu ob prauidicium iuris tertij, tunc habet locum dumtaxat quando ex executione earum inducitur violentia, aut aliud damnum publicum, num. 62.

Littera in derogationem iuris paronati. laici non tam retinentur ob prauidicium patroni, quam ob

damnum publicum inde illatum, ibidem.

Littere Apostolicae in prauidicium iuris tertij tunc continent violentiam, si expendantur absque eius citatione, & causa cognitione, num. 63.

Iusta causa tollendi ius tertij, tunc presumitur in Principe quando facit cum citatione partis, non aliter, num. 64.

Princeps absque citatione, & iuris ordine aliquem condemnans iracundia motus suspendenda erit executio, num. 65.

Mandatum Principis contra ius diuinum, aut naturale inductum suspendendum erit, non exequendum, num. 66.

In executione rescripti superandum inferentia notabile prauidicium, num. 67.

Rescriptum contra ius tertij eo tamen non citato retinetur in Senatu, ne violentia fiat per executionem eiusdem, num. 68.

Pater Henricus declaratur in confusione duorum remediolorum, appellationis nempe ab executeore, & Bullarum retentionis remedio, num. 69. & sequentibus.

Tertius de cuius prauidicio conuenitur in Senatu, si fuerit ad id citatus, non vitur remedio retentionis litterarum, sed appellationis ab executeore, quando excedat, & ob non delationem per viam violentie aditur Senatu, num. 70.

Si in expeditione litterarum Apostolicarum contra ius tertij, iste non citetur, nec causa cognitio adhibeatur ob violentiam sibi factam potest recursum retentionis vii, num. 71.

Primata iniustitia saltem causariue publicam quandoque perducit perniciem, num. 72.

Iniustitia, qua ius tertij tollitur, vis publica est, num. 73.

NLLVD Principis Supremi obiectum est (inquit Aristotel. 5. Politicor. cap. 10.) quod iustum est: nec enim aliud iustum dicere solemus, nisi quod legis est, quod verò contra legem est, id violentum est, dixit Xenophon. lib. 4. moral. folio mibi 336. & lib. 1. de institution. Cyr. fol. 10. late Tiraquellus ad leges conuiciales, glossa 9. princip. Ambrosius de iur. 23. n. 18. Valenzuela Velalquez conf. 70. num. 14. Marius Giurba conf. 2. num. 16. Tunc quia ditigitur ad bonum publicum, & commune, Camillus Borrellus de praesentia Regis, cap. 31. num. 34. Tunc quia potestatis supremae praetextu à iustitia, & licito recedere non licet, cap. quisquis. 1. q. 3. exornat Paleotus in tractat. consultat. sacrarum constit. part. 2. q. 9. Callistus Ramirez de lege Regia, §. 1. n. 16. 17. & sequentibus.

Hinc Plato. lib. 4. de legibus, inquit, Paratum exitium est illi Ciuitati video, in qua Magistratus sed legi Magistratus presunt, comprobatur Decianus libro crimin. cap. 30. num. 7. Borrellus de Magistratib. edit. lib. 3. cap. 4. num. 2. Petrus Gregorius de Republica, lib. 7. cap. 20. n. 2. & alij, vt per Mexiam de taxa. panis. concl. 7. num. 29. notat Boterus lib. 2. de ratione status, cap. penult. fol. 60.

Ideo Bellarminus de officio Principis, lib. 1. cap. 9. fol. 53. Principes (ait) quibus Deus non solum communicare dignatur, ea puritate niteri procurent, qua tanto nomini conuenit. Et Seneca in Trag. Thyest. inquit, vbi non est pudor, nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, instabile Regnum est, & Sophocles ad Stobaeum sermone 48.

ne q8. iustoresistente non est facile Philemonis; iustitia tunc apud mortales; tunc apud Deos immortalis perpetuo gloria solius perdurat; his conuenit Bellatimus ubi proxime lib. 1. c. 19. fol. 122.

7 Sublata iustitia fluctuat Orbis terrarum vniuersus. Bardellus consil. 136. num. 28.

8 Tum quia licet Deus dederit Principi amplitudinem i potestatis (de qua differunt copiose Suarez lib. 1. de legibus, cap. 8. Bobadilla in Politic. lib. 3. capitul. 9. Vasquez lib. 1. controuersia. illustrum, cap. 4. num. 11. & cap. 5. Tepatus lib. 1. variarum, tit. de Principis potestate, per totum.) Ea tamen concessione non veniunt illicita, l. 1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iur. l. si proemator. ff. de conditio. indebiti, cap. 1. de iure iurand. Petra. de potest. Principis: capitul. 24. num. 28. Menochius de arbitrar. lib. 1. q. 7. num. 77. Solacit. 23. de infult. glos. 1. num. 2. Top. de Princip. potestate, § 8. num. 12. Montier. decif. 8. num. 19. Quia vera Principis potestas est, que in peccando posita non est, cap. 1. dist. 40. sunt quidem 25. q. 1. Burlatus consil. 162. n. 12. Cauagnolus Montisferr. decret. 20. §. 1. q. 10. num. 8.

9 Absoluta etenim illa potestas i Principi attribuitur non recognoscenti superiore, vt ea utatur ad iustitiam equo, & bono temperandam, Morla in emporio iur. tit. 1. de legib. q. 1. num. 17. Peregrinus consil. 7. num. 22. lib. 4. Reueneri. decif. 22. num. 19. part. 4. Surgen. de Neapol. illustrat. lib. 1. cap. 18. n. 18. Marius Giurna consil. 1. num. 36.

Hinc Bart. in l. fin. num. 2. C. si contra ius vel utilitatem publicam, i ita inquit: Non enim Principi deus iurisdictionem peccandi, nec auferendi alienum, Soto. lib. 4. de iustit. & iure, q. 4. articulo 1. Morla ubi proxime, dist. num. 7. Fabius Anna. consil. 62. num. 26. Villat. consil. 8. sub n. 21. in fin. Rota Auionens. decif. 133. num. 20.

Quoniam vt subdit fiat iniuria, illic se Principis i potestatem non cognoscere (inquit Sauius consil. 10. num. 7. volum. 2.) sed tyranni. Controuersia lib. 3. variarum resolution. cap. 6. num. 8. Pascualis de viribus patria potestatis, 1. part. cap. 1. num. 92. Marta. voto 166. num. 22. Marcad. de generali statutor. interpretat. conclus. 5. num. 181. Gaill. lib. 2. obseruat. 58. num. 14. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum, 1. part. cap. fin. §. 7. num. 10. Morla. in emporio iuris, tit. de legibus, quest. 1. num. 7. Marta. de fidei commiss. lib. 3. cap. 22. num. 15. Et quod vltra gerit, i non ex potentia, sed ex impotentia procedere, dicit Petrus Gregorius de Republica, lib. 9. cap. 2. num. 1.

13 Non enim potestas est, i qua ad iniustitiam exercendam potens est, quia id est, posse, quod iustè & licitè fieri potest. Plures citat Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 2. dist. 15. sub num. 3. Acac. lib. 3. de privileg. cap. 5. num. 44. Molina. lib. 2. de primogenitis, cap. 7. à num. 31. cum sequentibus. Menochius lib. 4. presump. 283. n. 5. Fontanella. de pactis nuptialibus, claus. 4. gloss. 4. num. 41. Gracian. decif. 13. num. 34. Peregrinus consil. 4. num. 12. volumin. 4. Surdus. de aliment. tit. 7. quest. 14. num. 1. Thesaur. decif. 15. num. 3. Molfest. ad R. N. consuet. part. 5. de aliment. quest. 11. num. 9. Petrus Cencd. collectan. 167. sub num. 2. part. 2. Matienço in Dialogo relato. part. 4. cap. 12. num. 9. Bardellus consil. 136. num. 25. Petrus Gregor. de Republica, lib. 9. capitul. 2. 14 num. 1. Apud quos plures alios videbis, i nec

dicitur Princeps posse, quòd honestè non potest. Riminald. consil. 115. num. 14. Fabius Anna. consil. 62. num. 25. Cauat. consil. 111. num. 35. volumin. qui alios allegant.

Ex his facile probabis, potestatem illam, quam aliqui absolutam vocant, nullo iuris principio niti, i ipsam certè in Principe Christiano non agnosco, cum bono Principi, Christiano saltem, nihil liceat, quòd vel diuino, vel naturali, vel gentium iuri repugnet. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. final. 1. §. 7. num. 9. Caualean. de brachio Regio, 1. part. num. 168. Nizol. allegat. 1. num. 25. Gratianus disceptation. 2. 8. num. 27. Menochius lib. 2. presumpcion. 9. num. 28. & de arbitrar. casu 289. num. 21. Villat. consil. 8. sub n. 21. in 1. Bardellus consil. 136. num. 19. & 44.

Creandum itaque est, chimericam hanc potestatem absolutam in Principe damnari, & merito à Pinello part. 1. Rubric. de rescind. vendition. capitul. 2. num. 24. & 25. Soto. de iustitia & iure, lib. 4. quest. 4. articulo 1. Vasquez lib. 1. controuers. illustr. controuers. 26. num. 15. Mendoga lib. 4. de pactis, cap. 5. num. 37. Aluarus Vaez de iure emphyteu. 1. part. quest. 3. num. 10. Baiard. ad Lud. Clar. §. final. quest. 19. num. 71. Couarruias lib. 3. variarum, cap. 6. num. 8. Matienço in l. 3. gloss. 1. num. 2. tit. 10. lib. 5. Recopilation. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. final. part. 1. §. 7. num. 10. Burlat. consil. 162. num. 13. Capiblanco de Baronibus, pragmat. 1. num. 9. Sesse de inhibitionibus, cap. 4. §. 1. num. 13. Morla in emporio iuris, tit. 1. de legibus, quest. 1. num. 7. & tit. 3. de pactis in preliud. num. 69. Mendoga lib. 1. de pactis, cap. 5. num. 35. Pater Sanchez de matrimonio, lib. 2. disputat. 15. num. 1. Pachipeus lib. 8. controuersia. iur. 63. versicul. Ad secundum, Rodolphinus de suprema Principis potestate, capitul. 1. num. 3. Fontanella de pactis nuptial. claus. 4. gloss. 14. num. 40. Mathematicus de fidei commiss. lib. 3. capitul. 22. num. 45. Petrus Gregorius de Republica, lib. 2. capitul. 20. num. 57. Iacobus Laurent. de iudice suspecto, capitul. 2. sub num. 17. Sarmientus selectar. interpretation. lib. 1. cap. 8. num. 20. Topi. de Princip. potest. §. 6. num. 2. Surdus consil. 419. num. 49. Pascualis de virib. patria potest. 1. part. 1. num. 94. Caued. decifion. 9. num. 9. pagin. 1. Amatis decifion. 8. num. 6. & 8. Spino de testamentis, glossa 1. Rubric. num. num. 25. Thesaurus decif. 91. Cauagnol. Montisferr. decreto. 20. §. 1. quest. 10. à num. 6. & sequentibus, Ramirez de lege Regia, §. 23. num. 3. & idem Calistus Ramirez §. 30. num. 53. & 54. & superius Cauedo. decif. 12. num. 9. part. 2. latissime Ludouic. Molina de primogenitis, lib. 1. cap. 8. ex num. 28. vsque ad 36. & lib. 4. cap. 3. à num. 1. & sequentibus, Camillus Gallinius de verborum significat. lib. 10. cap. 33. à num. 44. & 45. Tapia de constitution. Princip. capitul. 1. num. 77. & 78. 1. part. gloss. Rubrica, num. 25. Peregrinus de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 67. fol. 22. Azebed. in l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopilation. ex num. 23. vsque ad num. 31. Morla in emporio iuris, 1. part. tit. de legibus, questio. 1. num. 7. Petrus de Cencd. collect. 167. num. 2. part. 2. Gaill. lib. 2. obseruat. 56. num. 9. Caualean. decifion. 35. num. 98. part. 2. Canceri. variarum resolution. lib. 3. capitul. 3. de privilegiis, num. 114. Eugenius consil. 1. num. 88. Valençuela Velasquez consil. 69. num. 132. & Petrus

Petrus Gregorius ubi proxime subdit, nec Papinianum, i nec Vlpianum, nec vllum alium veterem Iuriconsultum in toto iure huius absolutæ potestatis, nec verbo quidem meminisse, Peregrinus de fideicommiss. art. 52. num. 122. Giurba consil. 1. num. 57.

Quare sanctissime sanctum est à Pontificibus, i aliisque Principibus temporalibus Christianis; respecta emanata in præiudicium iuris tertij vim nullam habere, nec à Iudicibus adimplenda, cum contra ius expedita fuerint, & suggestionibus, aut nimia petentium importunitate contra concedentis Principis voluntatem extorta præsumptis, textus est in cap. rescripta contra ius elicitæ ab omnibus iudicibus precipiuntur resistari, nisi forte aliquid est, quod non ladat alium, & proxi petenti, & cap. 25. quest. 2. & in cap. nec damnosa Fisco, nec iuri contraria gestulari oportet, eadem causa & quest. & in cap. Imperialis constitutione aperte constitutum est, vt ea qua contra leges sunt, non solum nulla, sed etiam pro infectis habenda sint, dist. 25. quest. 2. & iterum in cap. dicenti. 16. in ordine ibi: Illa sacra vnius cuiusque supplicantis desiderio concessa præualere, & effectui mancipari, qua cum iuris, & legum ratione concordant, ea verò, qua subreptione, vel falsis precibus forsitan imperantur, nullum supplicantiu ferre emedium, &c. Eadem causa & questione, que iura leges Partitæ mox citandæ clarius declarat.

18 Ad idem i est etiam lex final. C. si contra ius, vel util. publicam, l. rescripta, l. nec damnoza, C. de precibus Imperator. offerend. l. omnium, C. de veltigal. l. 2. §. si quis, ff. ne quid in loco publ.

L. 30. tit. 18. part. 3. ibi: E si son contra derecho de alguno señaladamente, assi como que le tomen lo suyo sin razon, è sin derecho, ò que hagan otro tuerto conocidamente en el cueitpo, ò en el auer, tales cartas non han fuerça ninguna, nin se deben cumplir, hasta que lo hagan saber al Rey aquellos à quien fueron embiadas, que les embie ha dezir la razõ porque lo manda hazer, ca todo hombre debe sospechar, que despues que el Rey entendiesse el hecho que los non mandará cumplir la carta, &c.

Et mitabiliter hoc explicat, l. 31. sequent.

19 Contra derecho natural i non debe dar privilegio, nin carta Emperador, nin Rey, nin otro señor, è si la diere non debe valer, è contra derecho natural seria, i diessen por privilegio

20 i las cosas de vn hombre a otro, non auiendo hecho cosa porque las debiesse perder aquel, cuyas eran, fueras ende si el Rey las ouiesse menester, por hazer dellas, ò en ellas alguna labor, ò alguna i cosa que fuesse a pro comunal del Reino, assi como si fuesse alguna heredad, en que ouiesse a hazer castillo, ò torre, ò puente, ò alguna otra cosa semejante destas, que totasse à pro, ò à amparamiento de todos, ò de algun lugar señaladamente; pero esto deben hazer en vna destas dos maneras, dandole cambio por ello pimeramente, ò comprandolo segun que valiere, &c. Et in l. 32. sequentib. ibi: E los que estas cartas ganauan mueueue maliciosamente à demandar su pro à daño de otro, &c. Et iterum: E porque tal carta como esta es contra el derecho natural, i tenemos por bien, è mandamos, que el juzgador, ante quien

pareciere, non consenta que sea creida, ni vala, &c.

In tantum quòd hæ litteræ que auferunt ius tertij, cum sint expeditæ contra ipsum ius naturale, & per consequens, etiam diuinum, suspendendæ sunt, & superledendum in earum executione, etiam si ab eodem Principe emanauerit secunda, tertia vel vltiora iustitia cum quibuslibet, etiam prægnantissimis clausulis; vt expresse Christiano impulsu moti, & Catholica charitate succenti determinatur Reges Catholici, in l. 2. titul. 14. libro 4. Recopilation. in hæc: Muchas vezes por importandad de los que nos piden algunas cartas, mandamos dar algunas cartas contra derecho; y porque nuestra voluntad es, que la nuestra justicia florezca, y aquella non sea contrariada, estableccemos, que si en nuestras cartas mandaremos algunas cosas en perjuizio de partes, que sean contra ley, ò facto, ò derecho, que la tal carta sea obedecida, y no cumplida non embargante, &c. Que las tales cartas no ayan efeto, aunque las nuestras cartas contengan las mayores firmezas, que pudieren ser puestas, &c. melior l. 3. sequent. eodem titul. & lib. in hæc: Mandamos, que la ley de Viruiesca antes desta, porque es justa, se guarde en todo segun en ella se contiene; y de mas de aquella mandamos, que si entre partes y priuadas personas ouiere contienda, ò debata, y en perjuizio de qualquiera dellas se diere alguna nuestra carta ò prouision; y sobre ella se de secunda iustitia, y otras qualquier nuestras cartas, y sobre cartas, con qualquier penas y clausulas derogatorias, y fimezas, y abrogaciones, y derogaciones, &c. Aunque se diga proceder de nuestro proprio motu, y cierta ciencia, y poderio Real absoluto, &c.

Singulariter est alia lex 2. tit. 1. De los Emperadores, y Reyes, part. 2. ibi: Otros dezimos: que quando i el Emperador quiescisse tomar heredamiento, ò alguna otra cosa para si para darlo a otro, como quier que èl sea señor de todos los del Imperio, para ampararlos de fuerça, è paramantenerlos en justicia: Con todo esto non puede èl tomar à ninguno lo suyo sin su placet, si non hiziesse tal que lo debiesse perder segun ley. E si por auentura jo lo ouiesse a tomar, por razon que el Emperador ouiesse menester de hazer alguna cosa en ello, que se tornasse à procomunal de la tierra, tenido es por derecho de le dar ante buen cambio, que vala tanto, ò mas, de guisa que èl sinque pagado à bien vista de hombres buenos, &c. Sequitur & facit rationem reddens: Oa maguer los Romanos que antiguamente ganaron con su poder el señorio del mundo, hiziesse Emperador, è le otorgassen todo el poder, è el señorio del mundo que auia sobre las gentes, para mantener è defender derechamente el pro comunal de todos; con todo esto non fue su entendimiento de lo hazer señor de las cosas de cada vno, de manera que las pudiesse tomar à su voluntad, &c. Et ad exactam interpretationem dictarum legum Partitæ videndum erit Gregorius Lopex, ibidem.

Estque omnium communis obseruatio, vt non ita plenum, & absolutum dominium Imperatori i fuerit attributum, vt de subditis sibi hominibus, eorumque bonis, & rebus ad libitum disponere possit, sed tantum vt supremam in illis

iurisdictionem exerceat, seu dominium quoddam vniuersale, quod magis in gubernatione, & protectione subditorum, quam in eorum spoliatione, aut exspilatione consistit iuxta dominiorum distinctionem, quam tradit B. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vendicatione, & in extraneis ad reprimendum, verbo, Totius Orbis, Paulus Castrensis conf. 56. num. 2. volumine 2. Alexand. conf. 46. volumine 5. Abbas in cap. significasti 2. notabil. de prescriptioibus, Socinus in l. 1. in princip. column. 3. & 4. ff. de acquirend. possess. Jacob de Sanct. Georg. in inuestitura feudor. verbo, Inuestitura, Guido Papæ decif. 55. Mandellus confil. 62. num. 21. lib. 1. Couarruias in regul. possess. 2. part. §. 2. num. 1. Cuiacius lib. 15. obseruation. capitul. 30. & plures alij relati à Petro Gilkeni. in l. 1. proferendum, num. 4. C. de iudiciis, Cardinalis Tuschus, verb. Imperator. conclusio. 33. num. 3. & 5. Maltrillus de Magistratibus, lib. 1. capitul. 3. num. 5. & 9. Dominus Præceptor meus Dom. Ioannes à Solorzano. in tractat. de Iure Indiarum, lib. 2. cap. 21. à num. 64.

Ad idem faciunt, l. 1. 2. & 3. tit. 14. lib. 4. Receptation. Quibus si disponitur in variis casibus, quod si aliqua rescripta procedant, & impetrentur, quæ ius in tertij præiudicium tangant & lædant, obediantur; sed non exequantur, nec compleantur, in l. 1. ibi: Que si nestras cartas mandaremos algunas cosas en perjuicio de partes, que sean contra ley, ó fuero, ó derecho, que la tal carta sea obedecida, y no cumplida, no embargante, que en la dicha carta se haga mencion general, ó especial de la ley, ó fuero, ó ordenamiento contra quien se diese, &c. y aunquelas nestras cartas contengan las mayores firmezas que pudieren ser puestas, &c. Et latius fortiusque disponitur in dict. l. 3. sequenti, & in fine, ibi: Que las tales cartas non sean cumplidas, fasta que no las embien à mostrar, y proueamos como à la nuestra merced fuere; & videnda dictæ leges omnino.

Quare Doctores communiter tenent, quod Princeps non possit absque iusta & legitima causa à iure approbata tollere ius tertij, & eius rem Cymus in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offer. Glossa in l. quoties eodem ritu. B. in proemio Digestorum, & in l. fin. versicul. Aut vult mibi auferre, C. si contra ius, vel utilitatem publicam. Bald. in l. fin. versicul. Sed immediate oppono, C. sentent. rescind. non posse. Angelus in consil. 139. versicul. Non enim potest ciuias, sentit Bart. in l. item verberatum in §. 1. ff. de rei vendic. & in l. Antiochenisum, ff. de priuileg. credito, ubi dicit, quod per viam legis generalis potest hoc facere Princeps, secus autem referendo ad priuilegiatam utilitatem, Antonius de Butrio in cap. que in Ecclesiis, versicul. Si queritur an possit statuere, de constit. & ibi Imola, & Ioannes Andreas, Bald. in l. rescripta, versicul. Tertio querunt, Doctores C. de precibus Imperator. offer. Cardinal. in dicto cap. que in Ecclesiis, quest. 6. Roman. in consil. 310. lasso. in l. Barbatus, versicul. Decimo tertio saluti, ff. de offic. Prætor. Felin. in dicto cap. que in Ecclesiis, versicul. Secundum vero membrum, Fulgosi. in l. final. C. si contra ius vel utilitatem publicam, dicens, quod ista pars est communior, & rationabilior, quam etiam communem dicit Brun. consil. 12. versicul. Ceterum;

vbi nulla superest causa, Barbat. in consil. 1. versicul. Quid notat Glossa, volumine 2. Bertrandus, qui dicit communem opinionem, consil. 15. volumine 1. Socinus consil. 164. lib. 2. vbi communem dicit Abbas in cap. fin. de confirmation. vtili vel inutili, Cardin. in consil. 142. Domini. in cap. per principalem 9. quest. 3. Ancharan. in dict. cap. que in Ecclesiis, num. 8. & ibi Imola, Fulgosi, conf. 61. vbi dicit communem lasso. in l. quominus de flamin. dicens communiter teneri Aymon. consil. 5. Patifius consil. 11. num. 15. volumine 1. & in consil. 101. eodem volum. Parilius dicens communem in consil. 87. num. 52. volumine 1. Brunus in consil. 1. Bertrand. consil. 1. volumine 1. in antiquis, magis communem dicit post plures alios Antonius Gabriel. commun. opinio. tit. de iure quæsto non tollendo, conclusio. 1. à principio, qui num. 2. Ampliat, etiam in dominio directo, & num. 16. Quod nec de plenitudine potestatis, quod ius superius probauimus, non est danda plenitudo potestatis, quæ iustitia non contineatur, & bono, & æquo temperetur.

Longè namque verior opinio est, quod non possit Imperatorem, nec alium Principem, quantumvis superiorem non recognoscat, bona subditorum auferre nec disponere, nisi vbi contrarium vrgens aliqua, & necessaria causa suadeat, & tunc id quod auferitur competenti satisfactio pensandum esse, vt ad expositionem textus difficultis in l. Luitius, ff. de iudiciis, & l. in item si verberatum, §. item si forte, ff. de rei vendic. & aliorum, quæ late recentet post magnam Doctorem antiquorum ceterarum, Antonius Gabriel. locis citatis, Portius lib. 5. commun. conclusio. 15. Couarruias lib. 1. controuersiar. illustr. cap. 4. §. 6. Andreas Guillelmus lib. 2. obseruation. cap. 56. Hieronymus Franchus in Regul. id quod nostrum, num. 12. ff. de regul. iuris, Tiraquel. in l. si vnguam, verbo, Donatione largitus, num. 4. C. de reuocand. donation. Hieronymus de Zeballos communem contra communem, lib. 4. quest. fin. per totam, Bobadilla in Politic. lib. 5. cap. 5. num. 11. Domin. Ioann. del Castillo lib. 2. controuersiarum, capitul. 28. & ultra eos Alciatus lib. 2. Parezgon. capitul. 38. Duarene libro 2. disputat. admirandæ, capitul. 35. Foccat. in Nicromantia, dialog. 18. num. 5. Adrianus Puledus in tractatu de rei alienæ distraction. capitul. 2. Antonius Faber lib. 2. coniecturarum, capitul. 4. Vincentius Cabotius lib. 1. disputat. iur. cap. 23. cap. 29. pagin. 359. latissime Antonius Petta in tractatu de potestate. Principis, cap. 21. & sequentibus, D. Ioannes de Solorzano de iure Indiarum, lib. 2. cap. 21. à num. 62. plures alios citat & sequitur Iacobus Cancet variarum resolutionum, tom. 2. part. 3. cap. 3. de priuilegiis, & num. 84. cum sequentibus, & sursum.

Imò nec Summus Pontifex si licet sit Dominus Beneficiorum potest sine causa auferre beneficium alicui, & alteri date, nec à Prælato prælaturam tollere, Abbas in cap. fin. de confirmatio. vtili, vel inutili, & in cap. constitutus, versicul. Aut queritur, de Religio. domib. & in cap. final. de postulation. Prælati. in 2. disputat. incip. Episcopus Romanus in consil. 345. Cardinal. in consil. 142. Dominicus in capitul. quod per principalem, 9. quest. 3. Selua in tractat. de beneficio.

beneficio. in 3. part. quest. 40. Felinus in cap. cum olim, versicul. Secundum exemplum est, dixit. & re indic. Barbacia in cap. quod translationem (vbi profertur hanc questionem) de officio legati, & in consil. 3. volum. 3. lasso. in consil. 145. hanc sequitur, & dicit communior, Felinus in cap. que in Ecclesiis, de constit. duas opiniones contrarias refert Antonius Gabriel. commun. opinio. tit. de iure quæsto non tollendo, conclusio. 1. à n. 9. & sequenti, quas reconciliari intendit, per vt Aymon. de antiquitate tempor. n. 37. & sequenti in 1. part. vt hæc procedat de æquitate, & honestate. Contraria autem procedat de iuris rigore, & absoluta potestate, sed vt supra diximus absoluta potestas non cadit in Principe Christiano.

Et licet Hieronymus Gonçalves alios Doctores pro contraria opinione referat in regula de mens. & alternari. §. 1. proemia, à num. 33. Tamen indecisus manet, dicens se pro tunc non examinare dictam questionem & ultra citatos, hanc negatiuam verior sequuntur post Baldum, Caud. decif. 18. num. 13. part. 2. post quos & Calicium extraneum. gra. Curtia. cap. 7. n. 4. versicul. Septimo quia Princeps, & in Margarit. Filto. 8. dubio, num. 34. sing. 210. Iacobus Cancet. variarum resolutionum, tom. 2. lib. 3. cap. 3. de priuilegiis, num. 84. in fin.

Quoniam quemadmodum æqua est potestas Principis secularis circa leges ciuiles, & Pontificis quoad Canonicas constitutiones; sequitur, vt sicut ille non possit alterius iuris detrahete in rebus prophanis sive dittonis; ita nec Pontifex in suo iure Canonico, ac sic in vitro que per debet esse defectus potestatis in iure quæsto tollendo, hoc argumentum non habere congruam responsonem, tradit Molina lib. 4. de primogen. cap. 3. num. 15. in fin. cui adde quod ex cap. super eo, vbi glossa, verbo intentionis, de officio delegati, citatis Holticni. Panormitano, Felino, & aliis notauit Rota, vt per Farinacium 1. part. nouissimarum, decif. 234. num. 8. In Principe Ecclesiastico eam præsumptionem esse vrgentiorem, ne velit tertio præiudicium inferre, sequitur nouissime D. Ioann. Baptista de la Rea in decisio. Granaten. disputat. 8. num. 87. & signanter num. 88.

Ipsè autem Antonius Gabriel, ibidem n. 13. post multos Doctores per ab eo allegatos limitat contrariam opinionem; vt tunc debeat Pontifex dare recompenfam, vbi alias plures limitationes annectit huic opinioni negatiuæ hæctenus relata.

Et quod hoc casu Princeps debet dare recompenfam, ultra supra citatos probant post alios Maltrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. à n. 55. Roland. conf. 69. num. 44. Ponte consil. 41. num. 6. lib. 2. Rodulfin. de suprema Princip. potestate. capitul. 6. num. 165. & supra, Marius Mura decif. 38. Sicilia, à num. 8. & sequentibus, Binius consil. 214. à num. 2. & à principio, lib. 3. Mandellus consil. 25. num. 19. Gratianus tom. 5. capitul. 99. num. 58. Gonçalves de alternari, glossa 36. num. 37. & 38. Capiblanco de Baronib. pragmat. 8. part. 1. num. 114. apud quos late videbis Principem suorum non posse tollere ius tertij, nisi ob publicam utilitatem, videbitur Peitam de potestate Principis, cap. 32. & §. capio nunc, à num. 145. & sequentibus, Iacob. Cancetium lib. 3. cap. 3. à num. 90. cum sequentibus. Et supra qui late

post alios tractant, quando Princeps tollere potest dominium rei alienæ, cum proueniat à iure naturali, & gentium, etiam per legem generalem.

Et quamuis apud exteros controuertatur, an Princeps possit abdicare ius quæsitum alicui ex iure ciuili; tamen apud nos receptus est, non posse etiam in hoc præiudicium tertio inferre, idèque magis communem esse constat ex relatis ab Antonio Gabriele dict. conclusio. 1. num. 17. & resoluat tamquam inconcussam Couarruias lib. 3. variarum, capitul. 6. num. 9. Matieço in dialogo relator. 4. part. cap. 12. Molina lib. 4. de Hispanor. primogen. cap. 3. num. 12. D. Ioann. Baptista de la Rea meritisimus supremi Consilij Fiscalis, in decisio. Granatenf. disputatio. 8. num. 47. & num. 48. Quæ opinio & resolutio legibus Regis expressè, & clare roboratur, quas adduximus superius à num. 18. cum seqq.

Et ipsè Antonius Gabriel ibidem in conclusio. 2. late profertur causam, ex qua Princeps possit ius tertij tollere, & dominium tam de iure Ciuili, quam de iure gentium quæsitum, & principalis est publica utilitas, provt ibi late à num. 1. & num. 14. & 15. pluribus citatis, quod etiam contra contractum potest venire Princeps ex causa publicæ utilitatis; & per numeros sequentes, & à num. 25. Hanc tamen limitationem sublimat, vt tunc possit Princeps tollere ius tertij, & dominium prædictum ex causa publicæ utilitatis, data nempe recompenfa, vbi in comprobationem magnam Doctorem ceterarum adducit, & consonant leges Partite supra citatæ, à num. 4. & supra, quod propter pacem, & concordiam potest Princeps ius vnus alteri dare, quem per te vide, quia late profertur, & videndi infra laudati Doctores, num. 38.

Et quod Princeps possit ex causa superueniente, non solum modificare donationem à se factas, sed etiam renouare, per etiam factas per viam priuilegij, aut contractus ex causa superueniente, puta publicæ utilitatis, quia grauitur Coronam lædunt, aut caperunt esse damnosa Regi, aut Regno, & Reipublicæ, idque procedere, & habere locum per legem generalem potest faciendo. Infinitos penè Doctores congerit Castellus lib. 5. controuers. cap. 89. à num. 83. cum multis seqq. videndas omnino.

Et an possit reuocare donationem à se factam, per aut priuilegium, ob remunerationem seruitutorum, vel an successor Principis concedentis; Vide ibidem à num. 86. cum multis sequentibus, vbi magnam ad id adducit Doctorem ceterarum.

Et quod Princeps ex causa publicæ utilitatis vrgente potest tollere ius tertij, & dominium, tam de iure Ciuili, quam de iure gentium quæsitum late profertur Sanchez de matrimonio lib. 8. disputat. 33. à num. 1. cum sequentibus; quæ & alia plura videbis per Monetam de commutation. vltimarum voluntat. capit. 8. quest. 6. à numer. 500. cum multis sequentibus, fol. mihi 807.

Ex hæctenus dictis deduces, quod nec Principi, nec Papæ etiam obediendum sit in illicitis, capit. si Dominus 11. quest. 3. Abbas in capit. cum ad monasterium de statu Monachor. Marius Giurba consil. 1. num. 36. ad medium.

Deinde, quia vt supra diximus ex l. 32. tit. 18. 40
 part. 3. Quòd litteræ Principis contra ius tertij impetratæ non sint adimplendæ, quia sunt expedite contra los naturale. Pariter hoc ipsum probant per textum in cap. non licet, distinction. 10. Archidiaconus in cap. rescripta, num. 2. versicul. Aut alicui obest 25. quest. 2. & ibidem, Bellameta num. 2. versicul. Nulli, & versicul. Si parum, Bald. in cap. cum adeo sub num. 11. post principium, de rescriptis, Archidiaconus vbi supra, versicul. Si iuri naturali, Martinus Laudenf. in tract. de Principe, quest. 28. Grammaticus voto 32. num. 8. quos referens sequitur Prosper. Farinacius in praxi crimin. quest. 97. casu 1. à num. 6. qui num. 7. & sequenti tractat, an executor non suspendens executionem litterarum expeditarum contra ius naturale debeat puniri, & affirmat post alios, quòd sic, contra ius autem positium, vel consuetudinarium distinguit inter notabile, graueque præiudicium tertij, & leue, vt tunc non sit puniendus in parendo, quando est parum, & leue præiudicium. Et quando sit super sedendum in executione rescripti impetrati contra ius latissimè probat post plura iura, & Doctores Rodericus Suarez, allegat. 12. à num. 44. & sequenti, & per totam allegat.

41 Quoniam præsumitur contra rescriptum, quò ius alterius tollitur, cum Princeps non præsumatur rescribendo auferre ius alicuius, ita Alciatus de presumptionibus, regul. 3. præsumpt. 11. in princip. & post plures alios Doctores, Mascard. de probat. conclus. 1275. à num. 10.

Et quod quando agitur de graui præiudicio 43
 tertij, ¶ permittat, & toleret Papa suspendere executionem litterarum Apostolicarum, & super sedere in eadem, latissimè probat post plures Doctores Felin. in cap. si quando, num. 2. super verbo, Super sedere de rescriptis, & iterum ipse Felinus ibidem sub num. 7. versicul. Dicitur per istum textum.

Et in nostris terminis, quòd litteræ Apostolicæ, impetratæ ¶ contra ius radicatum tertij, 44
 & eius damnum, & præiudicium quod non sint executioni mandandæ, sed potius in ea super sedendum, ad effectum humiliter supplicandi Summum Pontificem, vt de damno, & tertij præiudicio informatus, & instructus provideat de remedio, probat latè Alphonsus Azueuedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilation. à num. 58. vbi dicit post Andream Ileruam in capitul. 2. verbo, Flumina, num. 4. Quo sint Regalia in vrbibus fundorum. & per Palatium Rubicum de beneficiis vacantibus in Curia, §. 4. cum sequentibus, & Rebuffum in praxi benefic. in regul. de non tollend. iure questio, quest. 21. num. 62. & sequentibus, & per doctrinam Soti de iustitia & iur. lib. 3. quest. 6. articulo, 3. column. penultim. pag. 244. Quòd est iniustitia tollere ius tertio quælitum, 45
 & eoque casu ¶ peccare Papam, sicut quemlibet alium, & quòd ista hæc iniustitia est data, & non intentata, quia Papa in dubio nemini vult præiudicium facere, ex Bald. in l. acceptam. in fin. C. de usuris, per textum expressum in cap. scilicet vultus, §. si diuersum de alienatione feudis, latè Palatius Rubicus in rubrica, dist. tractat. §. 7. column. 7. Barba. consil. 47. column. 17. in fin. cum sequentibus, lib. 1. Decius consil. 695. numer. 25. & 26. & per dicta per Auendañum in capitul. Præzo. capitul. 4. num. 6. in princip.

Et est optima l. 11. tit. 18. part. 3. vbi latè Gregorius Lopez, plurimos alios Doctores refert Azueued. vbi supra à num. 38. cum sequentibus, & supra, & à num. 45. Quòd ista rescripta impetrata contra ius, & in præiudicium & damnum ¶ iuris tertij radicati censentur impetrata propter nimiam importunitatem, maximè à Curialibus, ad quod plurimos Doctores allegat videndum.

Hieronymus de Zeballos in contra commun. quest. 897. à num. 338. cum sequentibus, & à num. 351. vsque ad num. 356. latè probat litterarum Apostolicarum executionem in præiudicium tertij obtenturam suspendendam esse, & super sedendum, donec Pontifex ¶ Maximus informetur melius per humilem supplicationem, quia hoc casu ipsum præsumi circumuentum, cum Princeps, qui omnibus vult, & debet prodesse, nemini debet nocere, per l. neque causus, C. de appellat. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & per alias rationes iustificat istam causam retentionis litterarum Apostolicarum, ad quem te remitto eruditè loquentem. Quem referens in his terminis etiam sequitur nouissimè Castillo in tract. de tertijs, cap. 41. sub num. 185.

Et quod litterarum Apostolicarum retentio in Senatu Regio sit legitima ob hanc causam ¶ præiudicij, & damni tertij, probat etiam in 48
 terminis Pater Henriquez lib. 2. de Pontificis clauis, cap. 16. §. 3. vbi latè, & latius & aperitius ipse in cap. 18. §. 2. vbi prosequitur, cuius inferius meminimus.

Mirabiliter tamen, & melius ¶ cæteris loquutus est Manuelis Rodriguez in quest. regular. 49
 tomo 1. quest. 6. artic. 8. in hæc. Certissimum esse apud omnes, litteras Apostolicas sine iusta causa minimè posse detineri, ne executioni mandentur, vt ex supradicto articulo, antecedenti factis patet; cause autem istius detentionis sunt variæ, quæ arbitrio docti, boni, & pij viri relinquuntur, sicut omnia, quæ à iure non habent expressam determinationem, &c. Sequitur & facit, ibi; sed non possunt vnã subire principalem causam, propterquam huiusmodi detentio & suspensio potest optimo iure fieri; & est quando litteræ Apostolicæ sine causa tollunt ius tertij, nam Papa sine causa non potest tollere ius tertio quælitum, prout concludit Andreas Ilernia in cap. 1. vers. Flumina, num. 4. quæ sunt Regalia in vrbibus fundorum.

Palat. Rub. in tract. de benefic. vacant. in Curia, §. 4. cum sequentibus, Rebuff. in pract. beneficia. in Regula de non tollend. iure questio, glof. 6. n. 13 & 14. & de nominatione, q. 21. n. 62. Soto lib. 3. de iustitia & iure, q. 6. art. 3. col. penult. pag. 244. &c. vbi latè prosequitur quod hoc casu, quando ad est præiudicium iuris tertij, censetur Papa per importunitatem concedere talem rescriptum, vbi varia exempla reddit huius mirabilis doctrinæ; & quidem misericordè, & iuridicè loquutus fuit in hoc articulo, & iuxta ea omnia quæ hæcenus diximus à principio huius cap.

Et in nostris etiam terminis, quod Ballæ Apostolicæ ¶ sint in Senatu Regio retinendæ, 50
 quando Summus Pontifex ex eis tollit beneficium, in quo ex collatione Canonica, & legitimo titulo quis habet ius quæsitum & radicatum, quasi proueniant ex iniustitia, & defectu potestatis, probat latè Ferdinand. Valquez Minchaca controuerf. illustr. lib. 1. capitul. 41. à n. 24.

& sequentibus; vbi quod nec secunda iussio sit admittenda, prout suo loco eum retulimus.

51 Idem etiam ¶ probat Doctor Anguianus in tractatu de legibus, controuerf. 5. num. 65. dicens, quòd quando litteræ Principis emanant super potestatis disponere nequeat, nec auferre inconuenientia quæ probabiliter timentur, tunc nec prima, nec secunda, nec aliqua iussio executioni mandandæ sunt, sed in ea super sedendum, quæ robur recipiunt ex supradictis à principio huius capituli.

Et reddidit rationem Minchaca vbi proximè 52
 n. 25. dicens: Tunc ad Pontificem ¶ rescribendum, vt re melius cognita ipsemet eam debite reformaret, & nullius hoc tantum interest, quàm ipsiusmet Papæ, cum huiusmodi ausus, & tyrannicus nunquam procedant à sanctissima eius mente, sed ab auaritia, & machinatione officialium.

Horum Doctorum assertio comprobatur, quoniam tertio ipsi Clerico, quem litteræ ita 53
 indebitè lædunt, permittitur est supplicatio ¶ ad Summum Pontificem, vt melius informatus de damno tertij (cui sua Sanctitas non intendit præiudicare) illud reuocet, vt probat Selua de beneficijs, 3. part. quest. 8. num. 10. versicul. Decimonono, & in nostris terminis Alphonsus Azueuedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilat. à num. 49. vbi latè probat, permittam esse hanc supplicationem à litteris Papæ ex cap. cum ex litteris, de integritate restituti, & cap. pastoralis, de appellationibus, & auhen. quæ supplicatio. C. de præiudicibus Imperator. offerent. Et quod peccaret Palatius Imperator, offerent. Et quod peccaret Palatius hæc supplicationem ¶ non admittere, & quod hæc supplicatio habet effectum, vt Papa melius informatus mutet sententiam in melius, iuxta celebrem text. in cap. veniam 35. quest. 9. Et quod quoties rescriptum videtur præiudiciale, posse probari, Papam non fuisse bene informatum, secundum Decium in consil. 407. column. fin. & consil. 606. column. fin. quem reprobat Corneo, sequitur Gometius in Regula Chancelaria de iure questio non tollendo, quest. 1. pagin. 3. in princip. in paruis & ipse Azueued. latè prosequitur comprobans. Et ipsum transcribens idem dicit Zeballos in contra communibus, q. 8. 97. num. 405. Authore tamen citato.

Quòd tenet etiam mirabiliter Moneta post 55
 Abbat. Felinum, & alios, ¶ quos allegat circa illam quæstionem, quod Papa, vel Camara Apostolica conuenit cum Clero certæ Diocesis, vt sibi soluat Clerus nomine decimæ impostæ certam summam: si deinde Papa eximit à solutione aliquem, vel aliquos beneficiatos, an adhuc teneatur reliquos soluere integram summam conuentam. Ad quod plurimos Doctores ad id allegat Moneta in tract. de decimis, cap. 9. q. 3. à num. 130. cum seqq. vsque ad finem; de qua etiam videndum est Jacob. Cancr. variarum resolut. lib. 3. cap. 3. de privilegijs, à n. 306. cum seqq.

Quia tunc maximum dicitur præiudicium Cleri ¶ tolerabile, quod non in ipsius præiudicium sed Papæ eximentis debet refundi ex eisdem DD. & per plures alios idem affirmat Mastrillus de Magistratibus, lib. 5. cap. 15. à num. 10. & seqq. vbi quòd immunitas à solutione facta per Regem alicui particulari personæ credit in damnum & præiudicium Regis eximentis non tamen Regni promittentis in genere cer-

tam summam distribuendam & exigendam à subditis Regni.

Tamen Moneta ipse à n. 131. cum seqq. latè discutit ¶ doctrinam Abbat. in cap. accidentes, 56
 n. 8. de præscriptioib. & concludit, quòd ob hoc damnum, & præiudicium seu læsionem tertij potest Clerus supplicare ad Summum Pontificem, cum Felino etiam in dist. cap. accedentes, n. 8.

Optimè etiam hanc nostram ¶ doctrinam probat 57
 in his terminis Manuelis Rodriguez in q. Regul. tom. 1. q. 6. artic. 7. per totum dicens, non esse dubium suam Sanctitatem posse supplicari, vt suas Constitutiones aut reuocet, aut moderetur, imò & à mala informatione facta posse Clericum supplicare, secundum Seluam, vbi proximè citatum, imò amplius firmat, peccare Papam non admittentem iustam hanc supplicationem pro moderatione, aut reuocatione alicuius rescripti particularis, & quod hæc supplicatio habeat effectum, vt Papa bene informatus mutet sententiam in melius.

Quo loci vltèrius prosequitur dicens, quòd 58
 executio rescriptorum, ¶ & litterarum particularium interposita supplicatione potest suspendi, obediendo tamen reuenter ipsi litteris Apostolicis, allegando cum debita humilitate causas, & circumstantias, propter quas non possunt commode executioni mandari, allegat ad id Hostiens. Abbat. Palatium Rub. Driedorum, & Couarruuiam, & quod tunc sit expectanda secunda iussio, non enim (inquit Pater ipse) dicitur contra mandatum Regis, nec Papæ venisse, qui pro maiori vtilitate, ¶ & honore 59
 Papæ, aut Regis non facit id, quod in aliquo rescripto, aut litteris particularibus ipsi imponitur faciendum, ex doctrina Bald. in l. fin. C. de negotijs gestis, Alexand. consil. 106. quod iterum confirmat ex eo, quòd executio præcepti Superioris differri potest, ¶ quæritur cum 60
 maius damnum timeatur ex executione, quàm ex dilatione, quod fit, vsque dum appareat de vera præcepti iustitia, vbi comprobatur.

Conuenit rectè, quæ latè prosequitur post plurimos alios Iacobus Cancrerijs variarum resolution. tom. 2. 3. part. capitul. 3. à num. 99. cum multis sequentibus. Quòd nempe Princeps potest 61
 ex causa per legem vniuersalem, ¶ & generaliter ius tertij auferre, quæ vniuersaliter comprehendat omnes, & quæ in se non respiciat magis præiudicium vnius, quàm alterius, quia leges non sunt statuendæ contra singulares personas, sed generaliter, & ob bonum publicum, aliàs si in præiudicium particularis tendat lex dumtaxat, poterit ab ea supplicari per ipsum interesse habentem, & interim suspensâ manet eius executio.

Hanc tamen Doctorum ¶ assertionem hæc 62
 ctenus relatum, quæ diximus præiudicium iuris tertij causam esse legitimam, vt Senatus Regius queat licitè litteras Apostolicas retinere, vt intelligas velim procedere dumtaxat eo in casu, quòd ex earum executione violentia inducatur, non aliàs, quoniam vbi cessat violentia Princeps, & Senatus auctoritatem suam nequit interponere, nec vult, attamen ea interueniente licitè posse, probatur abunde in capitulis antecedentibus, & in tractat. de Regia protectione, cap. 1. per totum.

Ita tamen vt non procedat hæc litterarum retentio

retentio ex quolibet leui remoto, aut incidente tertij præiudicio, provt superius num. 41. sed tantum quando ex eorum executione contra priuatum intentata inferatur, atque consequentiè inducatur damnum aliquod publicum, cede- ré in detrimentum Reipublicæ Ecclesiasticæ aut temporalis, quod tunc procedet, & verifi- cabitur in præiudicio iuris tertij lædente ius natu- rale, provt superius, quoniam illud omne quod in legem naturalem, aut diuinam com- mittitur violentia est, iuxta quæ abundè compro- bauimus 1. part. cap. 1. à num. 185. cum sequen- tibus; provt quando in principe ad detrahend- um iuri tertij deficit potestas, ex hætenus plenè probatis, quia tunc scandalum nasci in pern- niciem Reipublicæ & violentiam, non est du- bium iuxta quæ sursum, cap. 4. per totum, atque etiam sic de singulis causis retentionis, de quib- us in cap. 3. vsque ad 7. inclusiuè suprâ hac 1. part. cum ex singulis violentiam induci execu- tionem in perniciem Reipublicæ latius com- probauerimus in eisdem cap. & insuper in cap. 2. & cap. 3.

Exemplum huius doctrinæ etiam versatur in litteris expeditis in præiudicium iurispatrona- tus laicorum, quæ idè retinentur non quatenus tangunt simpliciter ius tertij, hoc est pa- tronorum, sed quatenus consequentiè vergunt in detrimentum, & perniciem Reipublicæ spi- ritualis, vt cum Simanca de Catholic. instit. in presf. Hispanie, tit. 45. de penis, à num. 34. & 35. ibi: Si aliquid Papa decernat contra publicam utilitatem, vtpote, contra patronatus laicorum, contra ius eligendi beneficia, seu Sacerdotia patri- monialia, vel quidpiam simile, &c. idem dicit Bobadilla in politica, lib. 2. c. 18. num. 208. Sal- zed. in pratf. crimin. Canon. cap. 54. à num. 20. & ex Couarru. & Borrell. diximus infra, capi- tul. 8. à num. 30. versicul. Imò, & omnes Doctores, &c. ca. ratione. Nempe ne fideles laici ab- strahantur à fundatione, constructione, & dota- tione Ecclesiarum, & sic ab huiusmodi piis ope- ribus, & sanctis, quod redundaret in perniciem Reipublicæ spiritualis, & Ecclesiasticæ, Glossa verbo, Collation. in cap. 2. de præbend. in 6. Si mo- nera de restituat. q. 9. cum ibidem citatis, Couar. pratf. quæst. capitul. 36. num. 4. Gonçalves in re- gul. de alternat. glosf. 9. §. 1. à num. 67. & latius in glosf. 18. num. 2. & 3. vbi quamplurimos Doctores recenset, quod ex identitate rationis, & principio idem procedit in litteris ad beneficia patrimonialia impetratis, ex eodem Simanca, necnon in aliis similibus de quibus infra hac 1. p. cap. 10. à num. 69. & in §. unico à num. 90. cum multis seqq.

63 Tunc etiam scies violentiam & executionem litterarum & rescriptorum esse, quando expedi- antur in damnum, & præiudicium iuris tertij, abque eius citatione & causæ cognitione, quia tunc parti violentiam, & spoliium, atque itidem executores vim committere, affirmant Chir- choiti sem. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. num. 329. pag. 210. & ibidem Viuis num. 304. versf. Idem ampliatuè pagin. 217. Gozadin. consil. 93. num. 16. Mantica decisf. 29. num. 3. & decisf. 44. num. 1. Ro- ta per Fatnac. decisf. 135. num. 3. & decisf. 295. num. 11. part. 2. in recent. Menoch. de recuperand. possessf. remedio 8. num. 20. & in consil. 104. in fin. volumin. 2. Didacus Perez in l. 1. glosf. 1. tit. 14. lib. 3. ordinamen. fol. 723. Francisc. Maldonad.

in consil. 104. in fin. volumin. 2. Lancelotus de at- tentatis 1. part. cap. 2. num. 89. Azeved. in l. 2. num. 25. cum sequentibus, tit. 13. lib. 4. Recopila- tion. Mascard. de probation. conclusf. 489. num. 7. Hondedeus conf. 82. num. 25. vol. 1. Gratian. de- cisf. 110. num. 9. Bernard. Greua. ad pratf. Came- ra Imper. lib. 2. conclusf. 76. Augustipus Barbol. in collect. ad cap. conuenerit 7. de restitu. spoliat. per textum ibi, Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 56. num. 8. & resolut. vltim. casu 72. & alibi passim Doctores.

Quæ doctrina comprobatur, quoniam licet quando Papa vel Princeps tollit ius tertij ex iusta causa, puta propter publicam utilitatem, vt superius latè probatum est, præsumatur tunc causa, tamen fallit quando ipse Papa, vel Prin- cept procedit sine citatione partis ad dispositio- nem tertio præiudicalem, Socinus in conf. 266. & in conf. 164. & in conf. 62. volum. 4. last. conf. 233. volumin. 2. Aymon. Crauet. conf. 30. num. 5. Socin. in conf. 27. num. 20. vol. 3. Curtius Iun. in conf. 170. num. 23. & Curtius Senior. in conf. 20. versf. Tertio potest responderi, Abb. cap. 1. de causf. possessf. & propriet. Anton. Gabriel. com- mun. opin. tit. de iure questio non tollend. concl. 3. à num. 7. & num. 9. & idem est quando ad præiudicium tertij procedit abque cogniti- one, Ruinus conf. 8. volum. 3. sequitur Anton. Gabr. ibidem num. 10.

In finitòs penè Doctores in his terminis ad- ducit Mascard. de probation. conclusf. 275. à n. 18. cum seqq. & iterum à num. 27. quibus locis latè de rescriptis Principis non admittendis in præiudicium iuris tertij quæstio iure gentium, & à num. 8. videndus.

Pro qua doctrina facit, quod de se ipso dixit Summus Pontifex minimè posse procedere contra inauditam partem, in cap. 1. de causa pos- sessf. & propriet.

Hinc dicit Barbosa in collect. ad c. 2. de maio- rit. & obed. n. 13. post Couar. Auile. Menoch. Bobadilla, Az. bed. Gama. & alios, quod quan- do Princeps abque causæ cognitione, & non seruato iuris ordine aliquem condemnauit ira- cundia, aut vindicta motus, vt tunc sit super- sedendum in executione sententiæ, mandati Principis, latè probat Cened. in Canon. quæst. 9. num. 117. & ipse Barbosa vbi proximè num. 11. quod quando mandatum Principis constat esse contra præceptum diuinum, vel aliud præmi- nentius, puta ius naturale, vel sacre Scripturæ, cum sit iniustum tale præceptum, erit superse- dendum in eius executione, alios allegat.

Hinc etiam DD. communiter probant super- sedendum in executione & rescripti inducentis aliquod notabile præiudicium, vt latè est vide- re per Anguianum de leg. controuersf. 5. à num. 18. cum seqq.

Et hoc est quod in nostris terminis voluit dicere Pater Henricus lib. 2. de Pontificis cla- ue; cap. 18. §. 2. in hæc: Interdum data Romæ sententia etiam tria à Iudice Apostolico, & fulminato processu mittitur executor in Hispaniam, & interdum executoriales litteræ conti- nent violentiam, vt si sententia lata sit ex falsa præsumptione contra partem absentem, & non auditam, aut si litteræ sint subroptitiæ, aut non faciunt expressam derogationem rei necessariæ, aut quia hic contra ius tertij legitime possidentis exequitur, & intimat censuras,

vt

CAPVT VIII.

An ob quamlibet litterarum simplicem surreptionem queat in Senatu ipsa- rum retentio decerni.

SVM MARIVM

Surreptio simplex an sit sufficiens ad litteras in Senatu retinendas, magna semper fuit inter Senatores, & Advocatos discussio, num. 1.

Surreptionem simplicem sufficere ad Bullarum retentionem in Senatu iura nonnulla insinuant, num. 2. & 3.

Ob surreptionem retineri litteras in Senatu qui Doctores insinuant, num. 4. vsque ad num. 9. inclusiuè recensentur, declarantur n. 18. & seqq. Simplicem surreptionem non sufficere, nec esse fundamentum habile ad retentionem Bullarum verius ostenditur, num. 10. & sequentibus.

Principis facultas in retentione Bullarum unico nititur fundamento turbationis Reipublicæ Ecclesiasticæ, spiritualis, & temporalis, num. 11.

Facultas à iure data ad supersedendum in execu- tione litterarum non surreptione, sed in damno publico & utilitatis, & si litteræ valida sint: mero iure, num. 12. & 13.

Electio mero iure valida si inde oriatur, vel teme- ratur scandalum executioni non traditur, n. 14. Ob scandalum vitandum potest Pontifex priuare aliquem suo beneficio obtento data recepensa, num. 15.

Præsumptio iusta causæ in Principe concedente alteri ius tertij, cessat vbi adest scandalum, n. 16. Ad supplicandum, & supersedendum in executione litterarum Apostolicarum iura seculum considerantur bonum, & utilitatem publicam, n. 17.

Cap. si quando, & cap. cum teneamur cum aliis iuribus interpretantur, num. 18. & seqq.

Litteræ licet surreptitiæ non sint retinentur, ne exe- quantur, vbi iusta causa adest, n. 19. & 20. Executor mero carens iurisdictione licet super- sedat in executione litterarum ad effectum sub- scribendi ob scandalum, aliudve notabile dam- num, num. 21.

Ad cognoscendum de causa iusta retentionis, & sus- pendendarum litterarum non est necessaria iurisdictione sed extrajudicialis cognitio, n. 22.

Senatus non eget iurisdictione ad examinandam causam legitimæ retentionis, num. 23.

Absurdum est fundare retentionem Senatus in simplici surreptione deficienti qualitate publicè damni, cum ad eius cognitionem egeret iurisdictione Senatus, num. 24.

De surreptione simplici vbi agitur, cum tractatur de viribus rituli, de eius validitate, aut nullitate, causa iam esset mero spiritualis, cuius Senatus, etiam incidenter, esset incapax, n. 25.

Iudex secularis de factis rei spiritualis incidenter cognoscere potest, non tamen an validum, vel in- validum quid sit, quia est res spiritualis, n. 25.

Iudex laicus non cognoscit de factis rei spiritualis inter duos Clericos, si præcedat inhibicio Ecclesiastice, num. 27.

Doctores, qui in retentione Bullarum mentionem faciunt de surreptione, non loquuntur simpliciter, sed adhibita qualitate damni Reipublicæ, num. 28. & à num. 34.

vt mittat in possessionem eum, qui mitti non debet, sic appellatio ab executore modum excedente admittitur, apud Iudices Regios, aut per litteræ Senatus ante datas Pretor (facta summaria informatione de violentiæ periculo, aut de sub- reptione litterarum) arripit litteras executoriales, & deferret in Senatu Regis, Porro Iudices Regij quia extra eorum territorium degentes Iudices Apostolicos rogare, aut compellere non possunt, vt sublata violentia suspendant execu- tionem, comprehendi iubent executores iniu- stum, & reponi quidquid ab illo cum vi notoria factum, seu attentatum est, compelluntque si executor mixtus sit cum aliqua cognitione cau- sæ, vt ipse absoluat, reponat attentata, & de- ferat appellationi, seu supplicationi, aut certe vt ipse, qui metus est executor respectu prioris sententiæ, suis expensis procuret plenam ab- solutionem hominis læsi, aut fieri suspensionem causæ per Papam, vel Nuntium, qui cum misit, atque ita spoliatus restituitur in pristinum statu- tum, vel potius conservatur in antiqua posses- sione sublata vi attentata, quia hoc non est ex mente Pontificis absque causæ cognitione pro- cedere velle. Hætenus Henricus.

Qui quidem licet veram praxim Senatus referat in hoc articulo, & casu; tamen illum confundit ex inordinata appositione duorum reme- diorum, & quibus tertius læsus potest vt ad di- versos effectus per hunc authorem licet confu- se, & intricatè relatos, de quibus inferius di- cendum erit distinctè, & apertius hac 1. p. c. 11. ad finem, à num. 39. & iuxta dicta in hoc capite. Et sic eum declara, & deduce ad terminos claros, & iuridicos de quibus in dist. cap. 11. & in cap. 10. à n. 80. cum multis seqq. vbi latè quan- do hæc duo remedia simul iungenda, & ad quem finem.

Ex quibus omnibus doctrinis facile colliges si hic tertius, de cuius præiudicio conuenerit in Senatu, & fuerit legitime citatus, & causæ cognitione adhibita, amplius hac via retentionis audiendus nullo modo erit, licet executorialis- bus possit fuisse legitimas exceptiones opponere, & abnegata admisione appellationem protum- pere ab executore, cui si non deferat; aditus Senatus Regius per viam violentiæ, deferendum, & reponendum decerner, iuxta quæ latissimè diximus in tract. de Regia protecl. 4. p. per totum.

At verò quando abique tertij citatione, & causæ cognitione & per litteras Apostolicas ius tertio tollitur contra voluntatem suæ Sanctita- tis, cum tertio fiat ex eorum executione noto- ria violentia; litteræ retineri possunt in Senatu, vt hætenus probatum est, ne Respublica tur- betur, cum publicis rerum status ex priuato sæ- pius turbatur, priuatiq; iniustitia saltem cau- satiuè publicam perducit in perniciem, Ceual- los commun. contra commun. q. 906. num. 391. p. 4.

72 & Giurba in conf. 1. num. 15. & seqq. Erasimus à Cochler. in thesaur. politic. 2. p. lib. 1. cap. 4. n. 5. ibi: Tam sua populo tranquillitas in membris qui- busque priuati consistit, quam publicè vniuersis, & Giurba vbi proximè, latius probat & hanc iniustitiam vim esse publicam, qui ad id addu- cit illud duodecim tabularum legis, Vti in po- pulo abesto.

73

11